



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quid sit præsumptio, & quot sint ejus species, quíve effectus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

centetur plena, perfecta, & liquida probatio, modò per contrariam probationem non fuerit improbata. Utrum autem ferri possit sententia, dependenter à sola præsumptione hominis, Judicis arbitrio relinquitur, uti mox dicitur.

§. II.

De variis causis, indiciis, seu conjecturis, ex quibus oriuntur ac desumuntur præsumptiones. Et quam vim probationis habeant?

EX vehementi & violenta præsumptione, sive ab adversa parte allegata ea manifestata sit, sive non, sed aliunde in judicio manifestata sit absque alia probatione, procedere potest Judex ad sententiam definitivam etiam condemnatoriam; non tantùm si agatur civiliter, sed etiam in causis criminalibus, non tantùm ad pœnam extraordinariam infligendam, sed etiam ad pœnam ordinariam in criminibus occultis, & quæ sunt difficilis probationis, uti habetur *ex c. Afferte 2. ex c. Liferis 12. Et ex c. Tertio 13. h. t. ne sapius ex defectu probationis alterius jus alteri pereat, aut crimina impunita maneant.*

§. III.

Vnde sumantur alia præsumptiones non violentæ?

Primò quòd in delictis commissis, in dubio v. g. præsumaturs dolus, ex *c. Sicut 1. h. t. pater, qui enim noxius, est alteri, quòd malo animo hoc fecerit, facillè præsimitur, nisi contrarium probetur, vel alia validior præsumptio prævaleat, per quam prior elidatur. Uti patet ex L. 1. Cod. ad leg. Cornel. de sicar.*

Non tamen præsumptio hæc sufficit, quæ est ad solum conatum criminis, certum non secuto, saltem juxta receptam praxim & consuetudinem, quæ nisi effectus sequatur, conatum solum ordinari pœnâ, quâ crimen tale puniri solet, non punit, nisi lex expressa etiam hoc precipiat, aut crimen sit valde atroc, & actus valde propinquus effectui pro-

Secundò præsimitur ex bona conversatione in adolescentia, eadem etiam in virili ætate & senectute *c. Ex fratre h. t. Et ex c. Cum in juvenute 15. etiam Et juxta illud proverbiorum 22. Adhuc juxta viam suam etiam cum senectute recedet ab ea, & univèrsim ex prætorio rei statu sæpè præsimitur de futuro prout habetur in *c. Scribam 9. h. t. (ubi temporis usu necessariò vel veri iuris immutetur)* & ex præterito de præterito prout *Glossa colligit in c. Scribam 9. ex prius datis & neglectis &c. quæ tamen præsumptiones sæpius fallunt, luxuriosus Angelicus juvenis senibus sathanicis annis.**

Tertiò præsimitur contra illum, qui declinat iudicium, & præsimitur pro illi qui se offert iudicio, prout constat *ex c. Nullus 4. hoc titulo, (sicut enim illi qui pro mere judicatur conscientia mala, in sua conscientia, bonâ gaudere videtur) (suggerit) men, sive post, sive ante inquisitionem accusationem, metu tamen hujus facta, nec semiplenam probatione facit, sed levè tantùm suspicionem, cum magis præsumitur debeat fugisse, ad declinandum modicam gravem judicalem processum, quàm de conscientiam criminis, nisi fuga ipsa præcificum delictum in tali persona esset, ut fugit in milite, aut fuga fieret ex publico*